UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

LIX. Markgraf Otto entscheidet Streitigkeiten des Rathes mit den Schustern zu Stendal über gewisse Hallen, am 5. Januar 1298.

**Nutzungsbedingungen**

urn:nbn:de:hbz:466:1-54890

Visual Library

Datum ſub annis M°. CC°. XCVII°., in craſtino beati Laurentii martyris, adhibitis teſtibus Domino Johanne de Sprewenberge, Domino Rauen, Johanne de Nowen, Domino Hermanno Botel, Domino Henrico de Benz et Ottone de Holtzendorpe et aliis pluribus fide dignis. Datum per manum Henrici de Strazeborch, noſtre curie capellani.

Nach dem Originale des Stendalſchen Rathsarchives No. 30.

---

## LIX. Markgraf Otto entſcheidet Streitigkeiten des Rathes mit den Schuſtern zu Stendal über gewiſſe Hallen, am 5. Januar 1298.

Nos Otto, Dei gracia Brandeburgenſis et de Landsberge Marchio, Vniuerſis criſti fidelibus audituris preſencia ſeu viſuris volumus eſſe notum, Quod cum inter dilectos cives noſtros in Stendal conſules ex una, et ſutores et cerdones parte ex altera controverſia ſuper quibusdam hallis videlicet, ubi ſutores inhabitant, et ſcampnis, ubi corium venditur, fuiſſet exorta, et coram nobis ſuper jure partis utriusque queſtio uerteretur: Nos auditis utriusque partis hinc inde allegacionibus viſisque inſtrumentis et diligenter discuſſis communicato diſcretorum conſilio, controverſiam ipſorum ex compromiſſione partium taliter duximus terminandam: Quod prefati ſutores et cerdones dictas hallas ſub cenſu novem talentorum retinebunt ad tempora vite ipſorum, et conſules cenſum illum ad vite ipſorum tempora nullatenus aucmentabunt. Si vero aliquam de predictis hallis ſeu locis, ubi corium venditur, per mortem poſſeſſoris, ut nunc, vacare contigerit, ordinacio ipſius ad conſules pertinebit, cenſu tamen nullatenus aucmentato. Et ſi preter aucmentationem cenſus aliquid derivari poterit, conſules ad utilitatem reipublice retinebunt. Acta ſunt hec Anno Domini M°. CC°. XCVIII°., preſentibus venerabili Domino Johanne, Hauelbergenſi epiſcopo, Magiſtro Johanne de Sandow, quondam Decano Stendalienſi, et fidelibus noſtris Ottone de Pouch et Renzekone de Guzik, militibus, et aliis fide dignis, et data in Stendal, in vigilia Epiphanie, per manus Gernodi, noſtre curie notarii.

Nach dem Originale des Stendalſchen Rathsarchives No. 32.

---

## LX. Des Rathes zu Stendal Innungsbrief für die Krämer, vom 1. Auguſt 1299.

In nomine domini amen. Nos Conſules Vniuerſi Ciuitatis Stendale in Marchia Omnibus preſentem litteram viſuris ſeu eciam audituris ſalutem. Quoniam ingrata mater erroris geſta fidelium ſeu gerenda diluit et obſuſcat, ſi non linguis teſtium et ſcripturarum beneficiis fuerint perhennata; inde eſt, quod ad vniuerſorum noticiam cupimus peruenire preſentibus publice proteſtantes, quod dilectis noſtris Burgenſibus, videlicet inſtitoribus, mediante noſtrorum conſilio diſcretorum fraternitatem, que Inninge dicitur, tali Jure donauimus, quemadmodum inferius declaratur. Nemo dic-